

bus, aut quid ei prestari non digne potest, qui virtutis merito omni^(a)
 veneratione se dignum apud Deum et homines exhibet? eius di-
 gnitas cum et semper et ubique clara habeatur, tum vero maxime
 veri vis^(b) elucet, cum per multam peccandi occasionem integritas
 5 vite servatur. in qua re nichil nunc in^(c) tuam laudem dicturus
 sum, ne adulationis forsitan, presertim ad te ipsum scribens, sus-
 spectus haberi^(d) possim, aut hec tua laus^(e) ceterorum videatur
 detractio. id unum dixisse liceat: te virum bonum existimo, quo
 nomine summa rerum laudumque continetur, teque cum ob tuum
 10 de me meritum tum maxime ob tuam integritatem atque constan-
 tiam sincere amo. vale, et quos Rome nosti tui similes, idest
 probos viros, his me commenda.

Hec cum ad te scripsissem, et tabellariorum michi occasio^(f)
 defecisset, superessetque ex eo michi longior scribendi facultas,
 15 eapropter casus cuiusdam infelicissimi seriem hic noviter occursi
 ad te scribere statui, ne si forte alio quovis modo ad aures tuas
 convolasset, data tibi de me fuisset obiurgandi facultas. casus
 ergo^(g) talis est. colonus erat non procul hinc habitans in his locis
 que Gambararie dicuntur, de ceteris quidem quantum agrestem
 20 opulentiam deceat satis locuples, tum vero et uxore, uti constabat,
 fecunda et tribus ex ea liberis letus, qui sunt huic generi hominum
 magne divitie. non tamen ut cuiusquam eorum tunc uti opera
 posset, nam unus quidem baiulabatur^(h) adhuc, reliqui duo ma-
 sculi erant, sed ita ut quinquennium neuter excessisset. is, cum
 25 pridie iuvencum castrasset, quem aratro destinaverat, ad rusticum
 opus ex more properat, uxoremque, cuius ope tunc forte opus ha-
 bebat, sequi se iussit. abit igitur et illa, solis domi relictis natis;
 parvulo, ut dormiret, reliquis, ut illi somnos leni motu ventuli⁽ⁱ⁾ pro-
 curarent, statuit. qui interea, nescioqua ducti mente, sive cultro,
 30 quo fuerat pater in pecore usus, admoniti; nam temere humi iacebat;
 sive cirurgie illius memores atque ideo, ut est etas, imitandi avidi;
 nam hec omnia coniectura consequi oportet^(k); in cunis iacenti

massime quando la sua onestà di vita risplenda in mezzo a grandi tentazioni.

Ma non lo loderà alla sua presenza;

gli basta affermare che lo considera uomo veramente buono e che sinceramente lo ama;

e con ciò si raccomandanda a lui e ad altri in corte di Roma.

Gli racconta poi un caso pietoso avvenuto di recente in quella regione, ad una famiglia di contadini.

(a) C merito et omni (b) Codd. veri vis Cambi mette verius (c) C nihil esse In
 (d) B habere (e) C hec tuas laudes (f) B occasio mihi (g) C om. ergo (h) B G
 baiulabat (i) C ventibus (k) B consequi possunt oportet ma possunt espunto con pun-
 tini. In G dopo consequi possunt lacuna di quattro o cinque lettere, e poi in cunis